illius nihil pro se et suis successoribus in premissis iuris
dominii et proprietatis ex eadem inscriptione perpetue reservan
iam exemptum Religioso Stezlio Popoui de Prefata villa
Starzawa sac. Regiae Mtis ad Captum Praemisliensem pertinent
tenutae Capitanei moderni predicti perpetuis et eiusdem
temporibus cedit et condescendit ipsi Popoui et eius
successoribus. Omneque et integrum ius suum quodcumque ipsi
sam vigore prefatae inscriptionis spectat et concernit in
eundem Stezlionem Pop et eius successores nihil sibi iu
ris dominii proprietatisque ad eadem perpetue reservandum
nec per se et suis posteris excipiendo transfert et
transfundit perpetuis et eiusdem temporibus. Ea
que summam Triginta florenorum debiti illi inscripti
per predictum Ioannem Mozarski recogniti et assecurati
una cum toto nexu et vinculo inscriptionis predictae pre
dicto Popoui de Starzawa eiusque successoribus dat
donat et resignat perpetuis et eiusdem temporibus
Quod memoriali firmatum est

Pop de Starzawa tenetur praefatae Kunassowa.

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens
Religiosus Stezlio Pop seu Ritus Graeci Sacerdos
de villa Starzawa sac. Regiae Mtis ad Captum
Praemisliensem pertinent Tenutae Gnosi Ioannis Thomae Dro
hoiowski a Drohoiow Capitanei Praemisliensis. Ab omni
iure et foro propriis et competentibus reddo huic vero iuri et
iuris dicioni se successoresque eum bonis suis omnibus incor
poram sponte libere palam et per expressum recognovit
se successoresque suos seu cum posteris suis teneri debi
tumque esse certi debiti Viginti florenorum per grossos
Triginta usuales in quemlibet numerandum nobili Ma
ruchnae Filiae olim nobilis Fedor Jozefski et Sto
nesti olim Kunass de villa Torczynowicze sac.
Regiae Mtis ad Captum Samboriensem pertinent Te

nutae Magni Stanislai Herborth de Fulstin Ca
stellani Leopoliensis Samboriensique Capitanei Ter
rarumque Russiae Iuparum relictae consorti eiusque
successoribus dare solvere et in effectu circa acta pru
tia reponere relinquere huic pro die et festo Sancti Egi
dii in Anno imminenti ab hinc proximus venturo sub
simili vadio aliorum nempe Viginti florenorum pecuniarum
mon. et numeri eiusque in summam essentialem nempe
Quadraginta florenorum convertendum et in omnibus bonis
ipsius recognoscentis et successorum eius mobilibus et
immobilibus quocumque iure per eum successoresque eius cubicumque
habitis et post habendum extendendum. Pro quo vadio
succumbendum et summa simul iuncta essentiali dum ipse
recognoscens cum posteris suis ab eadem creditrice vel
eius posteris citabitur ab alio foro et iure recedendum
coram officio praeti Castrensi Praemisliensi in primo cit
tationis termino peremptorio stare parere respondere
et pro quibus citatis et successores citabuntur re
ipsa satisfacere tubere et tenebuntur Tunc quod opus
fuerit eundem primum citationis terminum peremptorium
nulla re exquisita nec colore excogitato indulto
nec extraindulto differendum imo omnibus iuris et fa
cti remediis quae mens et ratio humana adinve
nire possit recipiendum imo talibus remediis quae
prodesse ipsi vero creditrici et eius posteris in aliquo
obesse tum et dilationibus quibusvis se successoresque ubi ab
renuntiavit omnibus etiam motionibus appellationibus
motionibus earumque prosequutionibus reiectis et semo
tis imo nullo dicendum contra inscriptionem praeti loco relicto.
Neque praescriptione quavis in premissis obstante.

Rudawski tenetur Vlinski

Comparens personaliter coram officio et Actis
praesentibus Castrensibus Praemisliensibus nobilis